





CASTILLO


OPERA

TOMO.VI.

F.A.
347
CAS
(1726/8)


Obra donación de la Asociación de Antiguos Alumnos a la Biblioteca de la Universidad de Alcalá.

En Alcalá de Henares, 2 de abril de 2001, siendo presidente de la Asociación D. Santiago Hierro Anibarro y tesorero D. José Manuel Chico Isidro.



Obra donación de la Asociación de Antiguos Alumnos a la Biblioteca de la Universidad de Alcalá.

En Alcalá de Henares, 2 de abril de 1911, siendo presidente de la Asociación D. Saturno Hierro Anibarro y tesorero D. José Manuel Isidro.





la disposicion de la Curia y Fiscal,
como este se desentendio, como el
negarse a admitirle su separacion,
solicito el Villalpando su rein-
terro, y q^e el Vancher presentase sus
quienzas, y del cargo de la limonia
de las curias por q^e el, y p^r la inter-
vion del Baena p^r las señas
q^e de nominio se firmaron, sin otro
conocim^{to} del Resultado de la
terran^{ria} ni sus vienes en los q^e nun-
ca entendio, sin en vango de ha-
ver firmado de buena fe q^e le es
propia, sin aver en tiempo alguno
mencido la mas leve sospecha, repre-
hension en ambo fueros, hasta q^e el
Fiscal Buzon lo asido, asociado con
su proprio hermano D. Mariano Fore
como secretar^{rio} en el mismo juicio
y causa, los q^e a quel p^r no haviale dado
la Fiscalia Carrerense, y era p^r orroj

Cuía Circunſtancia ignora el Villalp.^{do}
deciendo que pedia se modere el Burgo
en ſus eſpreeiones tan punibles y
decentables al concepto y conſeſa del
Villalpando, fundandose y ſentando
p.^a ello ſupueſtos falſos de mor exan
por ello ſe teme ni dad y pno ſe
cion de ſubterr. y Turgado

ſeguir completo con el Tical Burgo abſ.
mas le cuenta ni el papel, ſe refiere ala
Ley ni aſiando a Antunias.

D. JOANNIS
DEL
CASTILLO
SOTOMAYOR

J.C. NOBILISSIMI; OLIM COMPLUTENSIS
Academiae Antecessoris Primarii; Postmodum in Gallæciano, Hispalensi, & Granatensi
Auditoriis, Regiisque Curiis, Successivè Senatoris Amplissimi; Demum in Supremo
Dominicæ Rei, sive Patrimonii Regii Senatu Consiliarii præstantissimi;

QUOTIDIANARUM
CONTROVERSIARUM JURIS
TOMUS SEXTUS:

De la Libreria de D. Juan IN QUO *Manuel Cullero y Ferrnandez*

DE CONJECTURIS ET INTERPRETATIONE
ULTIMARUM VOLUNTATUM,
Tractatus completur.

OPUS REVERA PRAGMATICIS FORENSIBUS
*utilissimum, cum Summariis, & Indicibus, tum Capitum, tum Legum explicatarum, tum denique
materiarum, ad sublevandum Lectoris laborem, opportunis.*

NOVA EDITIO, AB INNUMERIS VETERIS PRÆLI MENDIS EXPURGATA,
& Characterum varietate distinctis allegationibus non mediocri labore adornata.



UNIVERSIDAD DE ALCALÁ DE
HENS
FACULTAD DE
FILOSOFÍA Y LETRAS
BIBLIOTECA
F.A.H.15

COLONIÆ ALLOBROGUM,
Sumptibus PERACHON & CRAMER.

M. DCCXXVI,

D. JOANNIS
DEL

CASSELL

SOTOMAYOR

J.C. NOBIL. (S.M.) O.M. COMM. HIBERNIS

...

...

QUOTIDIANARUM

CONTRARIARUM

TOMUS SEXTUS

...

...

...

...



COLONIA ALGEROGENSIS

Impressus PERACHON & GYM...

M. DCCLXXVI



ARGUMENTA OMNIUM CAPITUM,

Quæ in hac Posteriori Parte

LIBRI QUINTI, & TOMI SEXTI,

De conjecturis, & interpretatione Ultimarum
Voluntatum continentur ;

*Sic absolutè composita, ut quisque primo intuitu omnia assequi valeat
quæ in unoquoque pertractantur.*

CAP. CXIII.



X necessitate sic,
vel sic, aut uno,
vel altero modo
disponendi, præ-
cisè scilicet, causa-

tivè, aut verisimiliter deducta ; ex casu etiam, aut causa magis necessaria, aut utili, & in qua major aderat providendi necessitas ; ut etiam voluntas talis præsumatur, qualis de necessitate, & de jure esse debeat, & quod dispositio in dubio, ex causa magis necessaria facta præsumatur ; quemadmodum in testamentis, & ultimis voluntatibus, conjectura voluntatis elici, atque interpretatio fieri debeat.

Deinde, propter urgentem necessitatem, multa concedi, & recedi ab ordinariis regulis juris ; quod quamplurimis exornatum traditur.

Præterea, legatum an censetur revocatum per alienationem rei legatæ voluntariam, seu necessariam, locationem ad longum tempus, constitutionem usufructus, vel census, exactionem debiti spontè, vel coactè factam, permutationem, aut receptionem in solutum, & in similibus casibus, remissivè.

Rursus, legatum à debitore factum creditori, animo conpensandi videri relictum, quando debitum erat necessarium, sive ex causa necessaria procedebat ; secus si voluntarium, de quo latius, remissivè.

Debitor etiam multis ex causis, quam in causam solvisse præsumatur, & an semper ex ea, in qua necessitas magis vigeat ; & de materia *l. 1. & quatuor seq. & l. cum ex pluribus, ff. de solut.*

Item alienationis prohibitionem, non includere eam, quæ fit ex necessitate.

Jo. del Castillo, Quotid. Contr. Jur. Tom. VI.

Quod exornatur permultis.

Et infertur, an alienatio bonorum minoris, quæ fit per Judicem in executionem rei judicatæ ; decretum & alias solemnitates requirat.

An etiam laudemium debeatur domino, ex alienatione pro satisfactione creditorum, à Judice per viam executionis sententiæ facta.

Et an necessaria, an voluntaria alienatio sit, quæ etiam regulariter necessaria, & quæ voluntaria alienatio dicatur.

An etiam cesset jus prælationis, & retractus, quod aliàs dominus habet.

An incurratur pœna commissi.

An denique res litigiosa alienari possit ex causa necessaria ; & alia his similia.

Demum, facultate alicui concessa, ut possit certis de rebus disponere, an sufficiat generalis de omnibus rebus dispositio ; & quid si ab intestato decedat ; de quo etiam supra *hoc eod. tractatu, cap. 61. ex num. 7. usque ad num 16.* pag. 1.

CAP. CXIV. Ex verbis necessitatis inductivis sui naturâ, sive quæ præcisâ sunt, aut necessitatem significant, important ; ex verbis etiam, quæ sunt voluntatis, & facultatis, sive potestatis, non necessitatis ; quemadmodum conjectura voluntatis deduci, atque interpretatio fieri debeat in testamentis, & ultimis voluntatibus.

Verbum *potest*, voluntatis, & facultatis, non necessitatis significativum esse sui naturâ, ex propria significatione ; & denotare potentiam, & facultatem aliquid faciendi ; non autem obligationem, sive necessitatem.

Ex quo infertur ad resolutionem multorum, de quibus per Doctores *variis in locis, &*

INDEX CAPITULUM.

per Surdum *in conf. 98. lib. 1.*
 Et an in ultimis voluntatibus, verbum metipsum, *potest*, retineat suam naturam, & propriam significationem. Et de interpretatione ad textum *in l. fideicommissa, §. hac verba, ff. de leg. 3.*
 Præposita etiam negativa, *non*, an verbum metidem, *potest*, inducat necessitatem præcisam, abnegetque omnem potentiam; quod dilucidè explanatur, prout hic videbitur. pag. 7
CAP. CXV. Conditio nubendi, aut si nupserit, à testatore simpliciter, & absque præfinitione temporis apposita, tam in legatis, quàm in fideicommissis, & hæreditatibus, intra quod tempus impleri debeat; idque tam ex juris dispositione, quàm ex præsumpta testatoris, disponentisve voluntate.
 Quid etiam in Hispanorum primogeniis, sive majoratum successionem, quando per viam conditionis, aut modi, præceptum nubendi, aut delationis nominis, & armorum apponitur, nec tempus certum præfigitur.
 Quid etiam in conditione ingrediendi Religionem, sub qua aliquid relinquitur.
 Denique, *l. hac conditio filia mea, & l. conditionum qua in futurum, ff. de condit. & demonstr.* decisio; ea etiam, quæ in terminis juris communis, in præfata quæstione conditionis nubendi, adnotantur, num majoratum naturæ, & successionem conveniant, adaptarique possint.
 An etiam partis interpellatio, Judicisque iustus requiratur, ut modum, conditionemve non adimplens, successionem privetur, de quo etiam infra, *cap. 136. num. 79. p. 15.*
CAP. CXVI. Ex cogitatis, aut non cogitatis, sive his, quæ verisimiliter excogitari potuerunt, vel non, ut ad ea referatur, vel non, dispositio; quemadmodum conjectura voluntatis deduci, atque interpretatio fieri debeat in testamentis, & ultimis voluntatibus; Et quam verum sit vulgatissimum adeo Interpretum pronunciatum, ut per manus circumferatur quotidie, quod nulla dispositio trahitur ad incognita, sive ignorata; idque etiam si iuramentum accesserit; & verbis quantumcunque amplis, & generalibus facta fuerit: quod dilucidè, & singulariter explicatur; & *l. mater decedens, ff. de inoff. testam.* allegatio communis exornatur.
 Denique cogitatum in genere, an & quando sufficiat, licet in specie cogitatum non fuerit; & de pronunciatum communi Doctorum, *ex l. qui jure militari, ff. de militari testamento*, deducto. p. 24.
CAP. CXVII. Conditio regulariter, an, & quando ex præsumpta mente disponentis, atque ex conjecturis subintelligatur, &

præsumatur, vel non; an etiam conditionalis, vel potius pura præsumi debeat in dubio dispositio.

Conditio etiam, & qualitas posita in primo testamento, an, & quando repetita præsumatur in secundo, vel etiam in codicillis, post primum testamentum factis; & si uni legato adjiciatur, an in altero præsumi debeat repetita, necne; & vide supra, *ca. 108. hujus tractatus.*

In institutione quoque conditio adjecta, an repetita præsumatur in substitutione, & ex una substitutione ad aliam, num fiat repetitio, atque ex institutione ad prælegatum, & è contra, & adjecta uni ex honoratis, an trahatur ad sibi conjunctum.
 Repetitionem tacitam inducendi, atque excludendi, quæ sint causæ, dictiones, & conjecturæ, sive ex quibus, qualitatibus, aut conditionum repetitio induci, aut cessare debeat, & in Hispanorum primogeniis, repetitionum conditio quemadmodum accipienda sit, ubi Simonis de Prætiis, & Peregrini, in proposito totius materiæ hujusce cap. & conditio, seu qualitas, an, & quando videantur repetita, necne, conclusiones omnes, resolutiones; ad brevem summam reducuntur. p. 29.

CAP. CXVIII. Conditionem evenisse, impletamque fuisse, an, & quando præsumatur; & is qui ex fideicommissis, aut dispositione conditionalis agit, quemadmodum eam existere, ejusque eventum coram Judice liquidare, & probare debeat; ubi & de natura dispositionis conditionalis ante ejus eventum.

Conditio, *si decefferit sine liberis*, an præsumatur evenisse, vel non; & de altercatione Interpretum in proposito.

Patre etiam, & filio, aut filiis simul commorientibus, casu, ruina, incendio, aut naufragio, uter eorum præmortuus, & quis superstes, an pater, an filius præsumatur; & de materia *l. ex facto, §. si quis autem, ff. ad Trebellian. & leg. qui duos, §. cum in bello, ff. de rebus dubiis.*

Conditio, an, & quando ex præsumpta mente, & voluntate testatoris, in forma specifica, vel per æquipollens impleri possit, & de distinctione communi Doctorum inter necessariam, & voluntariam conditionem.

Qualiter etiam explicari debeant duæ regulæ, quæ in hoc tractatu contrariæ esse videntur; Prima, quod in dispositionibus, vel conditionibus testamentariis, & fideicommissariis non curamus de modo, si habeatur effectus; vel nihil referre, quid ex æquipollentibus fiat: Altera verò, quod conditiones debent in forma specifica adimpleri.

Inferri

INDEX CAPITUM

Inferri quoque ex resolutione harum regularum ad explicationem quatuor quaestionum, de quibus per Menochium, & alios.

Et ultra eos ad alias, an renunciatione facta per primogenitum alteri sequenti vocato, in illum transeat possessio, ex *l. 45. Tauri*.

Item, successor majoratus gravatus, ut contrahat matrimonium cum filia Nobili, an adimpleat gravamen, contrahendo cum filia Nobilis ex privilegio.

Item, tutor in uno casu subrogatus, an locum habeat in alio casu.

Denique tutor vocatus ad tutelam in casu mortis; an censeatur vocatus in casu remotionis. p. 38.

CAP. CXIX. Donatio contemplatione matrimonij certi, sive simpliciter & liberè, sive etiam per viam vinculi perpetui, aut primogenij facta, num praesumi debeat pura, & revocabilis; an potius conditionalis, ut scilicet matrimonio non sequuto, revocari valeat, nècne; & quando jure majoratus facta fuerit, primogenij sive vinculi instituendi ratio, an excludat tacitam conditionem, *si nuptiae sequantur*, ad eundem effectum, ut quamvis matrimonium sequutum non fuerit, donatio ipsa irrevocabilis maneat ita ut majoratus perpetuo durare debeat, vel non.

Dotis promissioni, aut ex causa matrimonij donationi, sive vinculi institutioni; an, & quando insit tacita conditio, *si nuptiae sequantur*, ut nuptiis scilicet non sequutis, promissio ipsa, aut donatio corruat, & quid traditione interveniente, aut sponsalibus statim contractis

Conditione primi gradus, aut primae substitutionis deficiente, an sequentium substitutionum structura, & vis corruat.

Donatio facta filio ob causam certi matrimonij, an revocabilis sit, si matrimonium non sequatur. Quando etiam majoratus, vel meliorationes ex causa matrimonij, irrevocabiles fiant. Et *ibidem* de antapochis, vulgò *contra scripturas*, quibus filij pollicentur, se melioratione non usuros.

Causa finalis ex quibus inducatur, atque praesumatur.

Donatio, facta ob ingressum Religionis, an cesset, si quis egrediatur de Religione.

Denique, an clausulae generales, quae inferi solent donationi, aut vinculi institutioni, sive meliorationi, contemplatione certi matrimonij factae, & aliis actibus, eo praetextu, ut illos irrevocabiles efficiant, an mutant, seu alterent eorum naturam, sive quid valeant operari; Et horum omnium utilis, & diligens resolutio, atque explanatio traditur. p. 45.

CAP. CXX. Facultas, aut commissio eligendi. *Jo. del Castillo, Quotid. Contr. Jur. Tom. VI.*

di, nominandive ad fideicommissum, aut vinculum, sive patronatum perpetuum, si duobus simul concessa fuerit, an possit unus, altero jam defuncto, vel impedito, solus eligere, atque ex conjectura voluntatis, & praesumptae mentis testatoris, seu disponentis, praedicta facultate uti; ubi & decisio *cap. fin. §. sanè, de testam. in 6. & l. 38. Tauri*, quae hodie est *l. 12. tit. 4. lib. 5. nova collectio. Regia, & l. 6. tit. 10. part. 6.* exornatur nonnullis; & an resolutioni *hujus cap.* juridicè applicetur.

Deinde, procuratores plures si simpliciter sine constituti, an unus sine alio procedere valeat in causa; & de materia *cap. si duo, de procuratoribus, lib. 6.*

Rursus, pluralitas an, & quando verificetur in singulari, & facultas concessa duobus, possit per unum explicari.

Ubi etiam, pluralem numerum frequenter poni pro singulari, multis demonstratur exemplis.

Denique, sub conditione *liberorum*, ad substitutioni exclusionem, an ex conjectura voluntatis, unus tantum filius comprehendatur, & sufficiat. p. 56.

CAP. CXXI. Ex plurali locutione, aut sermone, ex singulari etiam, quemadmodum *conjectura voluntatis deduci*, atque interpretatio fieri debeat in testamentis, & ultimis voluntatibus.

Indè & consequenter, pluralis locutio, quando unius numero sit contenta, sive in uno verificetur, de quo etiam *cap. praecedenti*; singularis quoque, quando ad pluralem trahatur, sive ex praesumpta disponentis voluntate, in plurale resolvatur.

Rursus quàm verum sit, sive qualiter, & quando procedat, pluralitatem in singularitates resolveri, id est, operari illud, quod quae singularitates divisim prolatae operarentur; diligens equidem, & in propositis articulis accurata, & notanda explanatio, & resolutio.

Et inde infertur ad fideicommissa, & substitutiones, in quibus assidue disputari contingit, an & quando pluralitas resolvatur in singularitates; & maximè an substitutus post mortem plurium succedat, purificata conditione in persona unius tantum.

An elector, cui electio unius commissa est, possit plures eligere; quid si ad plures eligendos concessa est, an possit unum tantum eligere; quid etiam, quando uni, vel pluribus, bona sua distribui testator jussit.

Ad majoratum instituendum, facultate concessa, utrum ex ea possint duo majoratus institui.

Si ad plures instituendos concessa sit, utrum ex ea valeat unus tantum institui.

INDEX CAPITUM.

Habens facultatem ad majoratum in unum ex pluribus filiis instituendum, si unum tantum habeat, an ea uti possit. p. 63.

CAP. CXXII. Consanguinitatis, seu parentele, & descendentiæ probationem, in materia primogenitorum, fideicommissorum, ultimarum voluntatum, & aliarum dispositionum, frequenter occurrere, cum de eorum successione inter plures contenditur; & assidue controversari, num per testes de auditu alieno, (qui regulariter non probant,) consanguinitas ipsa, aut parentela probari possit; & de requisitis illis duodecim, de quibus Summus Pontifex egit *in capit. licet ex quadam, de testibus.*

An etiam testes de auditu in antiquis; & multo magis in antiquis memoriam hominum excedentibus, plenam probationem faciant; & requisita eadem *illius cap.* intervenire debeant? de quibus dilucidè & distinctè hic agitur, prout videbitur,

Deinde, an extra casum illum, matrimonij scilicet dirimendi, de quo textus ipse loquitur *in dicto cap. licet ex quadam*, in causa scilicet successione, vel hæreditatis, aut alia, testes de auditu admittantur, nec tot illa requisita necessaria sint, sive qualiter hæc materia explicari, intelligique debeat, ne nos decipiat, & quando tempus antiquum, sive quod in antiquis versetur, dicatur.

Denique, ex his, quæ in terminis juris communis unanimiter Interpretes tradere solent, circa probationem per testes de auditu, in antiquis, an jure Hispano aliquid immutatum correctumve fuerit, in quo dubio Joannis Garcie, *in commentariis de Nobilitate*, placita nonnulla confutantur, & communes Doctorum sententiæ etiam post editas leges nonnullas *Partisæ*, defenduntur, & immunes redduntur.

Sed & ejusdem Authoris restrictio, quod lex *Corduba*, aliàs *octava*, tit. II. lib. 2. *novæ collect. Regiæ*, in solutione, non in filiatione loquatur, concludenter convincitur.

Et horum omnium diligens, atque notanda resolutio, & explanatio traditur. p. 80.

CAP. CXXIII. Dicenti, se consanguineum, agnatum, cognatum, seu descendente alicujus, incumbit onus probandi; quia qui agit, ut talis, non admittitur nisi probet se talem, sive sit reus, sive actor; quod exornatur.

Deinde, consanguinitas, seu parentela, & descendentiæ, in antiquis, an, & quomodo probetur per famam, & communem hominum æstimationem,

Dominium etiam in antiquis, an probetur per ipsam famam, & quæ requirantur, ut fama ipsa dicatur concludenter probata.

Ex nominatione etiam, & tractatu, an con-

sanguinitas probetur; aut saltem ex nominatione ipsa, in quasi possessione consanguinitatis quis constituatur.

Præterea, consanguinitas ipsa seu descendentiæ, an probetur per instrumenta; & quid in antiquis, ubi reperitur facta mentio enunciativè, & non principaliter?

An per testamentum, in quo fit mentio quem esse de aliqua familia, an leviores alias probationes, & per identitatem nominis, per conjecturas, & præsumptiones, & per enunciativas emanatas à diversis personis, & per Historias?

An etiam probata censetur ob solum cognomen; ubi infertur ad casum quendam, à Pelacz à Mieres adductum, atque ex facto occurrentem, & ejusdem observatio, novè, & concludenter confutatur.

Rursus, testes deponentes, pro puritate sanguinis, sive quem esse de aliqua familia, an præferantur testibus deponentibus contrarium, etiam si sint pauciores; & testibus de bona fama deponentibus credatur potius, quàm pluribus deponentibus de mala.

In dubio, utrum ad favorem nobilitatis, & puritatis sanguinis sit definiendum, atque ita benignior sententia proferenda?

Honoris causa, an inter arduas, & capitales enumerentur causas; & non modò æquiparetur, sed etiam præferatur vitæ?

Ubi horum omnium brevis, & dilucida traditur explanatio, & resolutio, p. 98.

CAP. CXXIV. Consanguinitate, descendentiæ, aut filiatione simpliciter probata, an legitimitas ita probata dicatur, ut legitimus & naturalis præsumi, ac dici debeat is qui se consanguineum, descendente, aut filium probavit.

Indè & consequenter, filius non habitus ex matrimonio, in dubio an præsumatur naturalis, & non spurius? vide etiam D. Francis. Hieronymus de Leo, *decis. Valentia* 81.

An etiã legitimus filius in dubio præsumatur.

Et eidem agenti, & petenti hæreditatem, sive super successione litiganti, sicque actoris vices obtinenti, aut etiam possidenti, & rei partes defendenti, incumbat onus probandi legitimitatem, necne, sive cui incumbat.

Et de variis Doctorum observationibus, atque conclusionibus in proposito, quæ suo ordine, & dilucidè componuntur, atque proferuntur prout hic videbitur.

Taurina quoque *legis* II. constitutione edita, num stare possint nonnulla, quæ in terminis juris communis Interpretes statuerunt communiter.

An denique, in consanguinitatis probatione, sufficiat, si quis probaverit quasi possessionem tamen si probatio fiat simpliciter, & non per gradus.

INDEX CAPITUM.

CAP. CXXV. Ex recognitione, sive assertionem patris, aut matris, inter vivos, vel in ultima voluntate, dicentis, aliquem esse ejus filium, sive legitimum, sive naturalem, aut etiam contrarium assertentis & negantis esse ejus filium, quemadmodum conjectura voluntatis deduci atque interpretatio fieri debeat; idque maximè ad explanationem *Taurina l. 11. quæ hodie est l. 9. tit. 8. lib. 5. nova collect. Regia.* & an expressa recognitio, in terminis ejus legis, necessaria sit, & requiratur præcisè, ut filius naturalis quis dicatur; an verò tacita quoque sufficiat, atque ex his conjecturis, & præsumptionibus resultans, quæ jure communi ad filiationis probationem sufficiebant.

Quod dubium propositum non fuit supra, *cap. 104.* ubi filiationis probationis tractatus suscipitur; sed consultò huic loco reservatum, & breviter explicatum.

Ibidem quoque, *l. qui testamentum, ff. de probation.* decisio, quod in prohibitis, sive inter personas prohibitas, confessioni aut assertioni alicujus, etiam juratæ, non stetur; exornata nonnullis. p. 118.

CAP. CXXVI. Ex conditione, aut præcepto, à testatore, sive majoratus institutore, hæredibus, aut successoribus injuncto, quod de arbitrio, consensu, voluntate, aut cum licentia alicujus nubant, sive etiam de consilio alterius, quemadmodum conjectura voluntatis deduci, atque interpretatio fieri debeat; & an, & quando dictum præceptum validum, & servandum sit, necne; ubi & circa quorundam Interpretum traditiones, nonnulla adnotantur verè, & utiliter. p. 125.

CAP. CXXVII. Minor viginti quinque annorum, an in integrum restituatur adversus spretum, vel non impletum præceptum testatoris, institutorisve majoratus, & poenam privationis inde incursum; veluti si intra certum tempus aliquid fieri, vel hæredem aut successorem cum aliqua persona contrahere matrimonium jusserit, & intra tempus statutum, præceptum non impleatur; aut alteri quàm cui testator, sive majoratus institutor jusserit, hæres, aut successor nupserit, sive aliter conditio adscripta non servetur; diligens equidem, & originalis, atque prolixa omnium Scribentium lectura, accurata & egregia resolutio, & explanatio. p. 131.

CAP. CXXVIII. Ex ipsamet *cap. præcedentium* materia, & dubio illo, cum melioratio Tertij bonorum, à parentibus, jure vinculi, & majoratus perpetui facta fuerit, & adjecta conditio, seu præceptum contrahendi matrimonium, vel non contrahendi cum certa persona, vel cum persona

suæ, aut talis familiæ; aut quæ qualitatein aliquam expressam habeat, vel non; quod scilicet ex genere Iudæorum non descendat, aut cum certo genere personarum, aliàs privationis majoratus poena imposita sit; num scilicet dictum gravamen, & poena ipsa privationis, in personas ejusdem gradus, sive inter descendentes tantum obtinere, servarique debeat; ita quod in unoquoque gradu, atque respectu eorum, qui sunt in eodem gradu, non verò existentium in alio, remotiorique gradu, effectum fortiatur; sive qualiter in hoc articulo explicari, accipique debeat legis 27. quæ hodie est *l. 11. titulo 6. lib. 5. nova collect. Regia.* constitutio; utilis, & necessaria resolutio, atque explanatio. p. 147.

CAP. CXXIX. Ad ea, quæ in *commentariis libri tertij, ca. 29. per totum*, Auctor metipse scripta reliquit in eo dubio, an, & quando masculi ex foeminis, masculorum descendendum appellatione veniant, comprehensique dicantur in fideicommissis, & primogeniis, annotationes quædam adduntur, quibus exactè magis, atque diligentius resolutiones *ibi* traditæ examinantur; ne diversimodè eas inducendi, accipiendive, occasionem, & ansam relictam fuisse, alicui videri possit; ut etiam dubium metipsum accuratius explicatum remaneat.

Articulus etiam ille, num scilicet filia, foemina, aut alia persona à successione exclusa, filij quoque, & descendentes ejus, etiam masculi, exclusi censeantur, vel non; de quo in *commentariis libri tertij, cap. 15.* singulariter, & breviter explanatur.

Rursus statuitur, majoratus aliquando esse agnationis, sive ob conservandam agnationem principaliter institui; aliquando verò esse puræ, & simplicis masculinitatis; ita ut majoratum institutores potuerint moveri, & frequenter ad dilectionem, prælationemque masculorum, aliis rationibus, & non conservandæ agnationis ratione excitentur.

Inde deducitur, argumentum à sola masculorum vocatione deductum, debile esse & infirmum, cum non semper masculi, ex sola agnationis consideratione, sed & aliis respectibus ad successionem invitari soleat.

Ac denique, an ex sola masculorum vocatione præsumendum sit, majoratus institutorem agnationem conservare voluisse, etsi aliud non expresserit; de quo etiam in *commentariis lib. 2. cap. 4. ex n. 78.* & supra *hoc eodem tractatu, cap. 92. num. 2.* sed accuratius hoc loco, & additis observationibus nonnullis, prout hic videbitur.

Et vide Joann. Baptist. Valençuelam Velazquez;

I N D E X C A P I T U M.

- quez, *conf. 97. ferè per totum*, Francisc. Molinum, *de ritu nuptiar. & pact. matrimon. lib. 3. quest. 21. ex n. 200. p. 156.*
- CAP. CXXX. Masculorum ex foeminis, sub vocatione *filiorum*, aut *descendentium masculorum*, admissionem, vel exclusionem, cum agnatio conservata non fuit expressè, certo aliquo jure, certave lege non probari; sive articulum eum adeo controversum certo jure definitum non fuisse, nec decisum; an juridicè Author observaverit *c. 1. §. hoc autem notandum, de his qui feud. dare possunt; & c. 1. de succes. frat. & cap. 1. de eo qui sibi, & heredibus suis mascul. & in authent. de hered. ab intest. venient. §. 1. & 2. & §. item vetustas. Institut. de heredib. quæ ab intestat. defer. brevis, & notanda resolutio, atque explanatio. p. 170*
- CAP. CXXXI. Masculorum ex foeminis, sub vocatione *filiorum*, aut *descendentium masculorum*, admissio, & comprehensio, cum agnationem conservatam fuisse non apparet, an ex propria verbi, *masculos*, significatione, sermonisque proprietate (à qua in dubio recedere non licet) ex naturali etiam verborum sensu, & præsumpta non modò, sed etiam expressa disponentis voluntate, subjecta quoque materia, & peculiari majoratum Hispaniæ natura deducatur; fundamentumque sumat, egregia equidem, & notanda resolutio, atque explanatio, qua adnotantur nonnulla, quæ scitu, & nota speciali sunt digna, prout hic videbitur.
- Ibidem quoque, Petri Surdi placita quædam *in conf. 241. lib. 2. an primogeniis Hispanorum, attenda eorum naturâ, convenire possint, singulariter explicatur; & assumptum illud, quod eo ipso quod majoratus perpetuus instituitur, pro conservatione nominis, & familiæ, ille judicari debeat agnationis, concludentibus rationibus confutatur: & supra, §. 2. c. 93. n. 9. & 10. p. 176.*
- CAP. CXXXII. Masculorum ex foeminis admissio, & comprehensio, cum agnationis ratio præhabita non fuit, an procedat; sive verbum, *liberis masculis*, sive etiam verbum, *filiis masculis* adjectum fuerit in dispositione; & de observatione, atque distinctione illa Antonij Fabri, an scilicet conditio concepta sit his verbis specialibus, *si sine filiiis masculis*; an illis generalioribus, *si sine liberis masculis*; quæ, attentâ primogeniorum Hispaniæ naturâ, & communi usu loquendi testatorum, & disponentium, non admittitur, nec probatur; sed & in terminis juris communis, inter vocem, *filios*, & *liberos*, nullam esse differentiam, ex crebriori Interpretum placito defenditur; prout videbitur. p. 183.
- CAP. CXXXIII. Ex sola masculorum vocatione; cæque reiterata, & repetita, sive foemina à successione expressè exclusæ sint, sive etiam silentio prætermittæ, an masculorum ex foemina exclusio induci possit, ubi majoratus ipse in favorem cognatorum, ex foeminis descendentium, aut eorum, qui ex parte matris, institutori attingunt, institutus fuerit.
- Quid etiam, quando agnatis quoque existentibus, à cognatorum vocatione, majoratus ipse initium, atque originem sumpsit, aut si cum agnatis intermiscerentur cognati metipsi; diligens equidem & egregia resolutio, atque explanatio; prout hic videbitur. p. 187.
- EX CAP. CXXXIII. §. UNIC. Ex eadem *cap. præcedentium* materia, & nonnullis aliorum Interpretum traditionibus, & additionibus: qui tunc ab Authore prælecti non fuerant, & hisce diebus ad manus ejusdem pervenerunt; & maximè ad explicationem quorundam casuum, quos in ipsamet disceptatione, an, & quando in fideicommissis, & majoratibus descendentium masculorum vocatione, veniant etiam masculi ex foeminis, Joannes Anton, Bellonus, *in conf. 72. & 73. specificè, & satis utiliter cõsideravit, atque distinxit, nec hactenus ab ullo Recentiorum commemoratio facta est, prout hic videbitur; & egregia, atque notanda traditur resolutio. p. 196.*
- CAP. CXXXIV. Ex provisione, aut dispositione facta in casu simplici, ad casum mixtum, & è contra; sive ex simplici, & mixto, quemadmodum conjectura voluntatis deduci, atque interpretatio fieri debeat in testamentis, & ultimis voluntatibus? ubi articulus hic (difficilis equidem, & variis, contrariisque Interpretum theoreticis intricatus) an scilicet, & quando sub simplici mixtum contineatur; & an dispositio loquens de simplici, procedat in mixto? dilucidè, & breviter (& quod ad istum tractatum attinet) diligentius quàm hactenus fuisset, explicatus relinquitur. p. 201.
- CAP. CXXXV. Fructus an possint in eodem libello, vel judicio peti cum ipsa re; & an veniant in condemnatione, si petiti non fuerint; & an possint peti in alio judicio. In fructibus petitis, si Judex non condemnet reum, videbitur eum à fructibus absolvissè; & id ipsum in interesse, & aliis accessoriis statuitur; & an super ipsis fructibus possit Judex, post latam super ipsa re principali sententiam, judicare.
- In universalibus quoque actionibus, & judiciis, & interdicitis restitutoriis, & *uti possidetis* an fructus veniant, quamvis petiti non fuerint?

Fructus

I N D E X C A P I T U M.

- Fructus venire, & deberi, etiam non petitos, quando verbum, *restituat*, in sententia exprimitur, sive ad restituendum reus condemnatur (quod Baldus docuit (quemadmodum intelligi, atque accipi debeat? & de Authoris iudicio in ea disceptatione, & effectu illius
- Sententia super successione, & bonis majoratus lata, si aliquem successorem, vel ad eum successionem pertinere, declaraverit, sive reum possessorem majoratus condemnaverit, ut actori majoratum, bonaque ejus restituat, an in fructibus quoque condemnare videatur, tametsi fructuum condemnationem omiserit? Inde & consequenter, an in executione sententiæ peti possint, ac si in ipsâ sententia expressi fuissent.
- Possessor bonæ fidei, cum titulo, vel absque titulo, vel etiam cum titulo invalido, quos fructus acquirat, & quos restituat, ubi tam de naturalibus, quam de industrialibus agitur; & an fructus industriales ante litem contestatam perceptos, bonæ fidei possessor factus locupletior restituat; & an id præsumatur, & cui onus probandi incumbat? Et quid in iudiciis universalibus; & attenda decisione *l. 39. tit. 28. parti. 3.* Ex quo inferitur utiliter ad possessorem majoratus condemnatum restituere majoratum.
- Possessor bonæ fidei, vigore sententiæ, an teneatur restituere fructus, si sententia revocetur; & titulus redactus ad non titulum, faciat cessare fructuum acquisitionem.
- Is denique, qui in remedio possessorio, sive iudicio tenentæ, aut in iudicio visionis, sententiam pro se habuit; & postmodum in iudicio proprietatis, sive in revisionis iudicio fuit condemnatus, à quo tempore teneatur fructus restituere; ubi horum omnium memorabilis, & notanda traditur resolutio, atque explanatio. p. 208.
- CAP. CXXXVI. Ex dispositionibus copulativè factis, sive ex copulis, aut copulativis; fideicommissisve, aut substitutionibus sub duplici conditione conceptis; aut cum qualitates plures in persona successorum exiguntur; ex alternativis etiam, & disjunctivis, quemadmodum conjectura voluntatis deduci, atque interpretatio fieri debeat, non modò in testamentis, & ultimis voluntatibus, sed etiam in alio actu quocunque; & quàm verum sit, quod Copula, sui naturâ, requirit regulariter, quod utrumque copulatum concurrat: quando etiam in alternativam, & disjunctivam resolvatur; & de nonnullis casibus practicis in proposito.
- Alternativa etiam, sive disjunctiva (ad cuius veritatem sufficit, alteram partem esse veram) quando etiam in copulativam resolvi soleat.
- Substitutio pluribus facta, an, & quando in persona cujuscumque locum habeat, an post omnes.
- Conditio *si sine filiis, & heredibus*, an exigat necessariò utriusque concursum.
- De conditionibus, quæ circa nominis, atque armorum delationem, in primogenitorum institutione apponi solent frequentissimè, adnotata nonnulla satis utiliter, & memorabiliter.
- Ac denique, à quo tempore fructus restitui debeant, ob non impletum testatoris, majoratusve institutoris præceptum, & an interpellatio necessaria sit (de quo ultimo, etiam *suprà hoc eodem tractatu, c. 115.*) egregiè explanatum. pag. 226.
- CAP. CXXXVII. Ex his, quæ in uno ex correlativis, testator, majoratusve institutor, aut alius disposuit; sive ex correlativis, eorumque natura, quemadmodum conjectura voluntatis deduci, atque interpretatio fieri debeat; & quàm verum sit, Correlativorum idem esse iudicium; & quemadmodum id, tam in dispositione legali, quàm in conventionali procedat, & Pragmaticis quoque conducibile, & necessarium sit.
- Deinde, hæreticus à quo tempore sit incapax successionis, & alterius acquisitionis cujuscumque, tam ex testamento quàm ex contractu inter vivos; & an à die commissi criminis, ante declarationem, vel sententiam
- Filiusfamilias, an in Castrensibus, & quasi Castrensibus teneatur præcisè servare decisionem *l. 6. Tauri*, quemadmodum pater tenetur
- Minoris, seu pupilli bona, an sint tacite obligata tutori pro administratione, quemadmodum tutoris bona sunt tacite obligata pupillo.
- Conductor, an possit recedere à contractu locationis, propter supervenientem justam, & probabilem causam, quemadmodum locator potest.
- Mater, an teneatur dotare filiam, si causa probabilis & necessaria sic suadeat? filius etiam, an matrem secundo nubentem dotare debeat, si etiam probabilis & necessaria causa interveniat.
- Denique, bona subjecta fideicommissio materno an possint alienari, tam pro restitutione, quàm pro constitutione dotis faciendæ uxori.
- Ubi horum omnium diligens, & necessaria resolutio, atque explanatio traditur. p. 250.
- CAP. CXXXVIII. Linearum tractatum, & disceptationem (de qua *suprà, hoc eodem libro, c. 93. per totum*) adeò assidue occurrere, & apud Pragmaticos in forensibus controversiis versari, ut eandem iterum reassumere, & nonnulla alia, ultra *ibidem* scripta, adnotare;

I N D E X C A P I T U M.

- tare, utile nõ modò, & conveniens; sed etiã omnino necessarium, Authori visum fuerit, prout hic ostenditur, & quorundam Interpretum traditiones comemorantur, quorum *ipsomet c. 93.* mentio facta non est.
- T**andem inquiritur, agnati, sive masculi, per lineam rectam, cum ad successionem majoratus vocantur, utrùm cognati, & foeminae, lineae ejusdem inceptae, excludantur, necne.
- Simonis de Prætis, & Fabij Turreti consilia in eisdem terminis expenduntur; & res hæc egregiè peragitur. p. 259.
- C**AP. CXXXIX. Continet duntaxat unum dubium, an scilicet majoratus institutor, qui consanguineos, & lineam ex parte patris, ad successionem invitaverit, agnationem conservare, & cognatos, & foeminas excludere voluisse censetur, quod notabiliter declaratur.
- Et additur novum dubium, quid si consanguineos, & lineam rectam ex parte patris, vocaverit institutor ipse, atque ita, verbum, *rectam*, adjiciat. p. 276.
- C**AP. CXL. Continet unum satis utile, & non vulgatum, utrum scilicet lineae rectae consideratio (de qua *cap. precedentibus* actum est) habeat ascensum taliter, ut pater videatur, aut dicatur esse in linea incepta per ejus filium, ultimum majoratus possessorem, si is absque posteritate decesserit, & tunc an fratri, vel patrueli filij ejusdem preferri debeat, necne, pater ipse.
- Et de opinione Gregorij Lopez, quod in majoria filij non succedit pater, quæ notanter explicatur, atque exornatur.
- De traditionibus etiam Baldi, & Ruini in proposito, an scilicet pater, vel mater dicantur de linea, seu prole filij; sive an linea filij extincta dicatur, eo absque liberis defuncto, tamen si pater supersit. p. 277.
- C**AP. CXLI. Hæredis nomen utrùm masculis, & foeminis æqualiter conveniat.
- Quid in emphyteusi pro se, & hæredibus, aut pro se, & filiis accepta.
- Quid in feudalibus, aut cum ratio subjectae materiae, aliud suadere videtur.
- Quid etiam, cum successores vocantur.
- Aut si hæredes, & successores simul vocati sint.
- Quid quando hæredes legitimi vocantur, & an foeminae, earumque descendentes de legitimis hæredibus esse dicantur in fideicommissorum, & primogeniorum materia.
- Quid etiam, si præcedente masculorum vocatione, legitimorum hæredum vocatio, aut substitutio subsequatur.
- Legitima successio verè, & propriè, & strictè, an ea tantum dicatur, quæ ab intestato defertur.
- De feudo ad majoratum, an & qualiter argumentatio procedat.
- Singularis equidem resolutio, & explanatio, & diversam omnino continens disceptationem ab ea, de qua *suprà c. 96.* ubi actum fuit, hæredum mentio quemadmodum accipitur in testamentis, & ultimis voluntatibus, & an hæredes hæredum contineantur. p. 279
- C**AP. CXLII. Testator, si factis antea aliquibus vocationibus, & substitutionibus, vel etiam non factis, ad successionem majoratus vocaverit aliquem, & ejus hæredes, aut ejus successores, aut hæredes & successores simul, vel legitimos ejus hæredes, an ea verba ad hæredes sanguinis, ab intestatoque successores, & eos, qui ex familia institutoris sint, restringi debeant, nec ad hæredes extraneos referri possint.
- Distinguitur, an inter liberos & descendentes, & tunc ex facultate Regia, an ex permissione, & dispositione *l. 27. Tauri.* majoratus institutus fuerit;
- An inter consanguineos, & ab eo qui nec liberos, nec descendentes habeat;
- An denique inter extraneos, & eos qui nullo consanguinitatis gradu attingunt.
- Et horum memorabilis, atque egregia resolutio, & explanatio traditur. p. 283
- C**AP. CXLIII. Testator, si ad majoratus successionem vocaverit filium, aut descendentem, aut consanguineum; vel etiam extraneum, & ejus hæredes, aut successores; aut hæredes & successores simul, aut legitimos ejus hæredes; utrùm ex hoc solum, majoratus perpetui conjectura, atque institutio, usque in infinitum inducatur, tamen si alias substitutiones, aut vocationes testator ipse non fecerit: & sola verbi *majoratus* expressio sufficiat, quod scilicet disponens dixerit, se majoratum instituere.
- Quid si bona sua, sub eadem forma, sive ad modum prædictum, alicui, & ejus hæredibus, aut successoribus reliquerit per verba tractum successivum denotantia, *majoratus* tamen verbum non expresserit; utrùm ex hac sola vocatione, & cum non adjecerit se majoratum instituere, majoratus perpetui conjectura induci valeat.
- Majoratus, & vinculi nomen, de consuetudine, & communi loquendi usu, idem significare, eandemque vim, & virtutem habere.
- Ibidem etiam, hujusce cap. annotationes, sive observationes nonnullas præ oculis habendas, & notandas omnino; præstant enim insignem declarationem, atque intelligentiã ad ea, quæ *suprà hoc eodem tractatu. §. omnibus, c. 93.* resoluta, atque scripta fuere, ex verbis scilicet collectivis, & quæ tractum futurum & perpetuum denotant, induci majoratus perpetui conjecturã, atque institutionem,

I N D E X C A P I T U M.

nem, tamen si testator non expresserit se majoratum perpetuum instituire: prout in omnibus exemplis à Ludovico Molina traditis, *lib. 1. cap. 5.* verbum, *majoratus* expressum non est; nec eisdem, quæ *dict. cap. 93. ex §. 1. cum omnibus sequentibus*, tradita, resolutaque fuere, contrariari, aut aliquo modo refragari ea, quæ Author metipse antea tradiderat, atque scripserat in *commentariis libri 2. c. 22. ex n. 44. usque ad n. 57.* utpote cum termini *dict. n. 44.* propositi, ad certos gradus, seu personas restricti viderentur: verba autem collectiva, & tractum futurum denotantia, restrictionem aliquam non patientur, ubi absolute proferuntur, per verba tractum futurum, & perpetuitatem denotantia, quibus in terminis semper loquutus est Author, *dict. c. 93. §. 1. cum omnibus sequentibus*, prout Molina etiam supra relatus loquitur.

Eisdem etiam traditis *dict. c. 22. lib. 2. ex dictis n. 44.* adduntur nonnulla, quæ frequentissime Pragmaticis occurrunt.

Inquiritur etiam (quod *ibi* omissum est) utrum resolutiones *eiusdem cap. 22. ex d. n. 44.* procedant, etiam si in terminis illis filius major vocetur.

Quid etiam, si filius primogenitus, aut filius masculus vocatus sit, terminis ipsis retentis?

Quid etiam, si testator dixerit, quod succedant successivè, aut Hispanè, *que vayan succediendo*?

Quid, si vocationes expresso nomine *filiorum* conceptæ sint?

Quid, si bonorum alienationem prohibuerit?

Quid si filiis, & descendentes, domum reliquerit? atque ita qualitas rei relictae urgere videatur.

Et horum omnium diligens non modò, sed memorabilis etiam, & in usu forensi Pragmaticis utilissima traditur explanatio, & resolutio. p. 287

EX CAP. CXLIII. §. UNIC. Ad ea, quæ Pelæz à Mieres in ipso proposito, eademque materia *cap. precedentis*, & in illo dubio, bona majoratus quando remaneant libera? scripta, atque adnotata reliquit *4. part. quest. 29. per totam*, observantur nonnulla, quæ eisdem resolutionibus traditis *suprà*, conveniunt omnino, & in usu forensi satis utilia, & necessaria sunt.

Inter alia autem, quatuor principaliter discutuntur, quæ *loco nunc relato* Pelæz deduxit.

Primum, quatenus dixit, quod majoratus, an sit extinctus, vel non, si dubitetur; in dubio non esse extinctum, pronuntiandum est.

Secundum, quatenus Author metipse exami-

navit Ludovici Molinæ resolutiones, utrum scilicet majoratus institutio possit egredi personas nominatas, ita quod successio in perpetuum proximioribus, etiam non nominatis deferatur.

Tertium, utrum foemina admittatur ad majoratum, si nullus masculus superfit. Inde, & consequenter an *eiusdem* Molinæ resolutiones, *lib. 1. cap. 4.* procedant etiam, quando vocationes ad certos masculos agnatos restrictæ fuere, & foemine etiam exclusæ. ut masculis, inquam, deficientibus, foeminae admittantur, si nullus masculus superfit.

Inde infertur ad ea, quæ tradita fuere *suprà c. 91. num. 84.*

Utrum scilicet, in successione majoratus, ad quam vocantur descendentes per lineam masculinam foemina agnata admitti debeat, & omnibus masculis cognatis præferri, ubicunque masculi agnati deficient?

Ad ea quoque, quæ adnotata fuere *suprà c. 92. num. 12.*

Utrum scilicet foeminae, omnibus masculis agnatis deficientibus, admittantur ad majoratum, à quo foeminae sunt exclusæ; & agnatio conservata absolute?

Et nonnulla novè considerantur, ipsæque resolutiones, de quibus *dict. num. 84. & dict. n. 12.* latius comprobantur: atque exornantur satis utiliter.

Nunc autem, & aliud inquiritur (quod *ibi* tractum non fuit) aut foeminae ipsæ cognatis quoque masculis præferri debeant, si eos linea, aut gradu præcedant, si masculus nullus agnatus superfit.

Idque ingenti studio, & diligentia discutitur, & dubium proponitur in terminis etiam, quibus foeminae ipsæ cognatae sint, in potiori tamen gradu, aut linea reperiantur.

Denique ad majoratus successione, utrum admittantur etiam exclusi, aut alias inhabiles ad succedendum, si ex familia institutoris descendentes omnes, & transversales etiam deficient?

Et horum omnium memorabilis traditur resolutio, & explicatio. p. 302

CAP. CXLIV. Majoratus, sive primogenia Hispaniæ, an fideicommissis familiæ relicta similia sint, nec ne? Sive de fideicommissis, & iis, quæ in eorum materia decisa sunt, ad majoratus, utrum & qualiter, sive quâdo argumentatio procedat; idemve jus, quod in fideicommissis, in majoratum successione statui, definiturque debeat? Singularis, & notanda resolutio, atque explanatio, qua post Ludovicum Molinam, nullum hæcenus ita distinctè, nec absolute rem hanc explicasse fatearis libenter.

I N D E X C A P I T U M.

CAP. CXLV. Fideicommissa, & Hispanorum primogenia, utrum cenferi debeant favorabilia, vel odiosa; & an latam, an strictam interpretationem recipiant? Egregia equidem, notanda, & memorabilis resolutio, atque explanatio; qua primum de fideicommissis, postmodum verò de primogeniis, sive vinculis, aut majoratibus perpetuis sermo instituitur, atque ita accuratè, & diligenter res hæc explicatur, ut nihil ultra desiderari valeat.

Deinde, meliorandi aliquem ex filiis, aut descendantibus in tertia, & quinta bonorum portione jus, an sit favorabile, vel odiosum inquiritur. Andr. Angul. placita quædam confutantur, & Ludovici Molinæ sententia ita defenditur, ut in tuto relinquere videatur.

Majoratus, an cum facultate Regia instituantur, an absque illa, multum interesse.

Et de nonnullis differentiis assidue occurrentibus Majoratus utrum melius sit cum facultate Regia, vel absque ea instituere?

Multiplicem Hispanorum primogeniorum differentiam, Ludov. Molinam confiderasse, atque constituisse. Verè tamen in Hispania, majoratus omnes, vel cum facultate Regia fieri, vel absque illa ex omnibus etiam bonis, ubi descendentes non extant, aut facultas conceditur, vel ex Tertio & Quinto bonorum, si filij, aut descendentes existant; idque ex dispositione legum *Tauri*.

Vel ex temporis antiquitate majoratus ipsos constare.

Et esse regulares, vel irregulares, prout latius hic. p. 324.

CAP. CXLVI. Fideicommissa, Hispanorum etiam primogenia, sive majoratus, utrum de casu ad casum, & de persona ad personam, ex verisimili, ac præsumpta disponentis, institutorisve majoratus mente extensionem recipiant, nec ne? vulgarissimum equidem, & mille in locis ab Interpretibus nostris agitatum, ab Authore etiã tactum *in commentariis libri 2. c. 22. ex n. 93. cum seqq. & supra hoc eod. tract. c. 15. n. 84. & quatuor seq. & c. 63. n. 45.* sed nunquam absolutè satis, nec dilucidè explanatum dubium: nunc autem ingenti studio, & diligentia, memorabili etiam adhibita distinctione, & resolutione enucleatū, atque explanatum; prout hic videbitur. p. 336

CAP. CXLVII. Majoratus, seu primogenitura, utrum dignitas sit, nec ne?

Majoratum an ignobiles instituere possint? Facultates ad primogenia instituenda, utrum ignobilibus, & infimæ conditionis viris, in Regio, supremoque Camerae Senatu cõcedendæ sint? Ubi Ludov. Molinæ placitum constanter defenditur; & Pelacz à Mieres

sententia cõtraria cõfutatur, ejusdemque, fundamentis permultis longa serie pòderatis, vel uno verbo tantum satisfacit, responsūque præbet Author. p. 343.

CAP. CXLVIII. A ratione æqualitatis servandæ, sive ut æqualitas servetur, atque servata in dubio præsumatur; aut ne inæqualitas aliqua sequatur inter pariter testatori conjunctos, vel pariter ad successionem vocatos, & dilectos, & maximè inter filios (inter quos lex plurimum amat æqualitatem, & inæqualitatem abhorret) quemadmodum conjectura voluntatis deduci, atque interpretatio fieri valeat in testamentis, & ultimis voluntatibus, & maximè in fideicommissis, & substitutionibus.

Deinde, si testator uxori reliquerit certam quantitatem pro ejus vita tantum, cum facultate quod de ea possit disponere inter communes filios, an uxor teneatur secundum æqualitatem, eam dividere, & filiis relinquere? & de observationibus nonnullis Petri Surdi *in conf. 29. lib. 1.* quæ ad hanc materiam spectant.

Præterea, si mater filiaæ natæ ex primo matrimonio florenos centum pro ejus legitima relinquat, & duabus aliis filiabus ex secundo matrimonio natis, florenos centum pro earum legitima reliquerit, utrum legatum debeat intelligi de centum pro qualibet filia, ut æqualitas servetur? & de placitis nonnullis in proposito hujusce materiae M. Ant. de Amatis, *decis. Marchie 44. per totam.*

Denique de iis, quæ Franc. Molin. *de pact. matr. l. 3. q. 9.* in eo dubio annotavit, utrum scilicet pactum factum in contractu matrimonii de hæreditate æqualiter inter filios dividenda, validum sit, nec ne? Et de nonnullis, quæ ad *decis. l. 22. Tauri* pertinent, de quibus tamen latius, atque ex professo magis *cap. seq. sermo* instituitur. p. 345.

CAP. CXLIX. Majoratus institutio, utrum pro forma exigat solemnitatem scripturæ? Et de intellectu *l. 41. Tauri*, hodie *l. 1. tit. 7. lib. 5. nov. collect. Regie.*

An etiam privata scriptura, majoratus institui, aut fieri valeat?

Ad majoratus, seu meliorationis irrevocabilitatem, an sufficiat privata scriptura, in terminis *l. 17. & 44. Tauri*, dummodò traditio fiat per scripturam publicam, coram Tabellione?

In pacto negativo de non meliorando, quare requiratur scriptura publica, eaque in pacto affirmativo meliorandi necessaria non sit.

Et in ipso pacto negativo de non meliorando, an scriptura privata, recognita tamè sufficiat? Quod egregiè explicatur, & Tel. Fern. & Ludov.

INDEX CAPITUM

- Ludov. Molinæ sententia admissa, aliorum opinio contraria concludenter confutatur.
- Scriptura, an pro essentia actus, vel ad probationem ejus requiratur, & quando præcisè necessaria sit, qualiter dignosci valeat?
- Scriptura privata recognita, an instrumenti publici appellatione contineatur.
- Et scripturæ publicæ æquiparetur, ut eandem vim, virtutem, & effectum habeat?
- Forma à lege data, an substantialis in dubio, & præcisè, & ad unguem servari debeat; ita quod ea non servata, actus corruat omnino? Quod exornatur.
- Majoratus, seu pacti de non meliorando scripturam factam fuisse, eamq; deperditam, utrùm testibus probari possit? p. 350
- CAP. CL. Ex eodem *c. præcedent.* assumpto, quod ab æqualitate servanda deducitur, & conjectura, sive præsumptione illa, quod parentes inter filios æqualitatem servare voverint in dubio; ex quo inde inferunt etiam Interpretes nostri ad explicationem disputationis cujusdam admodum necessariæ, & quæ in usu forensi, & Pragmaticis assidue occurrere potest, utrùm pacto negativo, de non meliorando aliquem ex filiis, comprehendatur, sive comprehensus dicatur filius, in cujus favorem factum fuisse pactum apparet; atque ita an filius ipse, in cujus favorem pactum respicit meliorari possit à parente, vel non; & de materia ipsa *l. 22. Tauri, hodie l. 6. tit. 6. lib. 5. nov. collect. Reg.* egregia equidem, & memorabilis, atque notanda resolutio, & explicatio; qua propositum dubium, & alia etiam quæ ad eandem Taurinam constitutionem spectant, ingenti studio enucleantur, & digeruntur. p. 359
- CAP. CLI. Pactum negativum de non meliorando, an in testamento, & ultima voluntate fieri possit, an etiã usque ad mortem revocari? Quid si per viam contractus factum fuerit, & acceptatum?
- Pactum ipsum de non meliorando, quod in contractu, & per scripturam publicam initum fuit, ante ejus acceptationem, an in testamento revocari possit, & filio alicui melioratio fieri? Quid si post meliorationem, & pacti revocationem, pactum idem de non meliorando, alij filij ante, vel post mortem parentis acceptaverint?
- Solemnnitas eadem ad revocandum actum, sive contractum dissolvendum, an requiratur, quæ ad actum constituendum, sive contractum faciendum requiratur?
- Et in pacto negativo de non meliorando, utrùm id ipsum procedat, ut pactum scilicet dissolvi valeat.
- Ex testamento an possit probari illud, quod in eo expressè continetur, etiam testatore vivente, & post mortem quoque, quamvis testamentum sit irritum, & nullum. Ubi horum omnium memorabilis equidem, & nota *Jo. del Castillo, Quotid. Contr. Jur. Tom. VI.*
- tanda resolutio, atque explanatio traditur, & nonnulla adnotantur, ad quæ alii hujus Regni Interpretes non sic animadvertent. p. 368
- CAP. CLII. Pactum negativum de non meliorando aliquem ex filiis, factum à parente, utrùm filiorum ipsorum acceptationem præcisè requirat, ut firmum, & irrevocabile maneat; & ante acceptationem, num revocari possit, vel non?
- Lex etiam *Tauri 22. hodie l. 6. tit. 6. lib. 5. nov. collect. Reg.* qualiter in proposito intelligi, atque accipi debeat?
- Acceptatio in donatione, an sit necessaria hodie attendenda *decif. l. 2. tit. 16. lib. 5. nov. collect. Reg.* ut donatio ipsa, gratia, concessio, majoratus institutio, & omnis acquisitio, irrevocabilis maneat. Et de his, quæ supra *hoc eodem tract. c. 37. ex n. 39. usque ad n. 45. & c. 80. n. 9. & 16. & 41. & 42.* ab Authore adnotantur, atque traduntur, dilucida, & singularis resolutio, atque explanatio; ubi, & judicium, placitumque Authoris proponitur, circa ea, quæ Pelæz à Mieres, *1. p. q. 68. per totam*, in dubio principali *hujusce c. observavit. p. 373*
- CAP. CLIII. Ex communi loquendi, & intelligendi usu, juxta quem verba quamplurima in Hispania accipienda, atque interpretanda fore, item & dictionem, *majoratus*, accipi debere, Didac. Covar. & alij plures scripserunt; an, & qualiter, sive pacto conjectura voluntatis deduci, atque interpretatio fieri debeat, non modo in testamentis, & ultimis voluntatibus, sed etiam aliis dispositionibus quibuscunque;
- Et quanta sit communis loquendi usus virtus, vis, & effectus?
- Vicinus civitatis; aut loci, an dicatur secundum communem loquendi usum, habitans in ejus vico, aut termino, sive territorio.
- Et in vico ortis, an patria sit civitas, cui vicus ille respondet.
- Debitorum omnium appellatione, quæ maritus mortis tempore reliquerit, utrùm dos, quæ mulieri, aut ejus hæredibus restituenda est, contineatur; sive ex communi loquendi usu, atque ex voluntate testatoris præsumpta, comprehendi videatur?
- Ubi Senatus Sabaudia: definitio quædam commemoratur, & validissimè, atque ita comprobatur, ut Antonij Fabri fundamenta omnia, quæ in contrarium subtiliter, & crudité ponderavit, velut manifestè elidi videantur.
- Senatus quoque Pedemontani decisio altera expenditur in eo dubio, an scilicet credita conditionalia, vel in diem veniant in legato universalis omnium nominum debitorum? ubi etiam communis loquendi usus ponderatur.
- Creditor utrùm sit, sive dici valeat is, cui in diem, vel sub conditione aliquid debetur? Et de communi etiam loquendi usu in proposito.
- Is etiam, qui adveniente die, vel conditione tenetur, utrùm interim debitor dici valeat, ut dispositio

I N D E X C A P I T U M.

- positio de debitore loquens, in eo verificari debeat, vel non.
- Ibidem denique expenditur Senatus Mantuani decisio egregia, in illo articulo, utrum creditores in diem certum ligentur creditis. p. 376.
- CAP. CLIV. Intestati propriè qui dicantur, & qui intestabiles?
- Et an sub dispositione, lege, vel statuto faciente mentionem de intestatis, contineantur impubes, furiosus, prodigus, & alij, qui de jure testari non possunt?
- Et de interpretatione *l. 1. ff. de suis & legi. hered. & l. fin. qui petant tutores, & l. intestatus 64. ff. de verbor. signif.* cum aliis pluribus: egregia equidem, & notanda resolutio, atq; explanatio, qua verbis ipsis Jurecòsultorum præcisè adhaerendo, evidenter ostenditur, Doctorum ambiguitatem, & contrarietatem, in hoc articulo, procedere non potuisse, & in futurum cessare; prout hic ostenditur.
- Et infertur ad statuta Italiæ, & aliarum Provinciarum, ad legem etiam Regiam Lusitaniæ *lib. 4. tit. 62. §. 3.* Ad successionem denique trunci, de qua *in l. 6. Tauri*, ibi: *Salvo en las ciudades, &c.* Utrùm, inquam, lex ipsa procedat in pupillo decedente intra pupillarem ætatem, absque substituto pupillari. p. 383.
- CAP. CLV. Ex origine, & initio testamentariæ, aut alterius dispositionis cujuslibet, sive ex originali, non ex accidentali causâ, quemadmodum conjectura voluntatis deduci, atque interpretatio fieri debeat, non modo in fideicommissorum, & ultimarum voluntatum, sed in etiam quacunque alia materia: sive quàm verum sit, quod origo, & initium dispositionis spectantur.
- Origo majoratus, licèt alterata, utrùm debeat attendi, & non quod respectu successionis est innovatum.
- Investituræ antiquæ, sive primæ, & originalis tenor, an & qualiter debeat attendi.
- Et deroget etiam majoratus naturæ.
- De augmento, utrùm id ipsum judicandum, quod de principali, cui adjungitur. p. 387.
- CAP. CLVI. Principaliter quod agitur, non quod in consequentiam venit, quemadmodum attendi, atque considerari debeat, non modo interpretatione, & conjectura ultimarum voluntatum, sed etiam alterius dispositionis cujuslibet.
- Infertur primò ad captatorias voluntates, seu dispositiones, & ad eas, quæ in secretum, sive arbitrium, aut liberam voluntatem alterius relinquuntur. Et ultra ea, quæ Author metipse *in commentariis lib. 2. c. 6.* adnotavit satis utiliter; nonnulla nunc in eodem proposito considerat, atque observat.
- Petri etiam Surdi, *in conf. 380. per tot.* placita, & resolutiones nonnullæ expenduntur; & utrum ipse apud nos servari, & in usu forense procedere valeant, post editam *l. 31. Tauri* constitutionem, egregiè, & singulariter inquiratur, atque explicatur.
- Infertur secundò, actum denominari ab eo, quod principaliter agitur: Sive contractum non judicari ex nomine, sed ex ejus effectu: & *l. insulam 6. ff. de præscr. verb.* decisio exornatur nonnullis.
- Infertur tertio, citationem ejus, cujus principaliter interest, esse necessariam ad validitatem judicij; non autem ejus, qui in consequentiam lædi potest: quod explicatur.
- Denique, an citatio semper necessaria sit, ubicunque agitur de alterius prejudicio? Etiam si actus non sit judicialis. p. 390.
- CAP. CLVII. Ex eodem cap. præcedentis axioma, sive comuni Interpretum pronuciatio illo, *Principaliter quod agitur, attendi debere, non autem quod in consequentiam venit:* Item, *citari debere eos, quorum principaliter interest, non autem qui in consequentiam lædi possunt.* Ex quo infertur ad vulgatissimâ, sed Pragmaticis ad eò necessariam, & in usu forense frequentem disceptationem, ut præmittit à nullo pacto potuerit; idque maximè cum ex præsumpta mente, sive conjectura instituentium primogenia, derivetur, aut dependeat omnino.
- Utrùm, inquam, sententia super bonis majoratus; cum eorum possessore lata, ipsi soli, an etiam omnibus sequentibus successoribus nõ citatis, in infinitum præjudicium afferat? Quæ res ingenti studio, & diligentia peragitur, atque ita ordinatur, & disponitur, ut forsitan alibi legendi, sive in eo proposito latius inquirendi labor in futurum excusetur omnino; prout hic videbitur. pag. 395
- CAP. CLVIII. Succedentes ab intestato, an, & quando ex præsumpta, aut tacita, vel etiam ficta morientis voluntate succedere videantur, aut dicantur; idque ad explicationem legis, *conficiuntur, ff. de jure codicillorum, in vers. Quoniam creditur:* cum aliis similibus: vulgatissima quidem, & ad eò assiduè per manus Scribentium tradita disceptatio, ut eam scienter, consultoque Author omitteret, nisi explicatione, & distinctione majori, assumptum hoc indigeret, & quatuor casibus principaliter distinctis, nonnullis etiam antea observatis, quibus Baldi, & ceterorum Interpretum placita circumscribuntur, dilucidè magis, & aliter, quam Recentiores alij fecissent, explanatum maneret; prout hic videbitur.
- Ibidem etiam, vel uno tantum verbo, id, quod aliis in locis latius explicavit Author, an scilicet ab intestato decedens, videatur proximioribus suis relinquere bona, de quibus ex pacto vel aliter disponere poterat. p. 408
- CAP. CLIX. Majoratus Hispaniæ, an, & qualiter ex propria natura indivisibiles sint, nec in eis possit nisi unus solus, isque primogenitus succedere. Castra,

I N D E X C A P I T U M.

Castra, oppida, seu alia bona à Principe, cum titulo Ducatus, Comitatus, aut Marchionatus concessa alicui, ac suis descendentibus perpetuò, an libera, an majoratui subiecta concessa videantur? diligens, & notanda resolutio, atque explanatio, qua Ludovici Molinae, & coeterorum placita, atque observationes accuratè examinantur, atque discutiuntur. p. 414.

CAP. CLX. In majoratuum, sicut in Regni Hispaniarum successione, semper præferri majorem natu, sive primogenitum, cæteris, qui in eodem gradu, & linea sunt. Quod exornatur permultis.

Majoratus in favorem filij primogeniti factus, si revocetur, & in favorem filii alterius fiat, utrum dolus, aut suggestio arguatur. Et de observatione quadam Pelacz à Mieres; que temperatur, atque explicatur.

Primogenitus filius, quibus in casibus à successione majoratus excludatur, tam ob expressam, quam ob conjecturatam, aut præsumptam institutoris voluntatem.

Majoratus institutor si specificè cavit, ne in eo primogenitus, sed secundogenitus succedat, quia confusionem agnationis nominis sui, familiæ, ac armorum abhorruit; utrum secundogenitus masculus, non autem foemina admitti debeat? Vbi Pelacz à Mieres observatio quædam notabiliter enucleatur.

In majoratuum, sicut in Regni successione, filium masculum, etiam natu minorem, præferri filiæ primogenitæ, sive forori suæ majori natu. Quod exornatur quamplurimis.

Et inquiritur, an id procedat, etiam si institutor majoratus dixerit, quod in successione majores natu præferantur minoribus. Idque multis condecoratur.

Majoratum in aliquem ex filiis, aut filiabus, quem, aut quam voluerit, seu elegerit, instituendi, si facultas, aut commissio alicui concessa sit, utrum possit, filio masculo prætermissio, filiam eligere. Ubi in memoriam revocantur, atque repetuntur aliqua ex iis, que in ipsomet dubio Author tradidit in *commentarijs lib. 2. cap. 26. per totum.*

Nonnulla etiam nunc adnotantur ultra ea, quæ ibi scripta sunt.

Alternativa, an, & quando resolvatur in conjunctam, inter quoscunque; & maximè inter eos, inter quos cadit ordo affectionis, & charitatis. p. 420.

CAP. CLXI. Primogenitus, qui occidit majoratus possessorem, aut cum qui gradu successione ipsum præcedebat, utrum valeat in majoratu succedere, necne?

Filius ejus, qui majoratus possessorem occidit, utrum à majoratus successione excludatur?

Quid in eo dubio Ludovic. Molina tacitè præfenserit, aut voluerit.

Quid etià Pelacz à Mieres expressè contèderit. *Fo. del Castillo, Quotid. Contr. Jur. Tom. VI.*

Et de judicio Authoris in proposito.

Majoratus possessor, utrum sequentem possessorem, ex causa ingratitude, vel alia, possit exhæredare, vel à successione excludere?

Successor in majoratu, an teneatur stare locationi factæ ab ultimo majoratus possessore?

Quid si locatio ab ipso institutore facta sit?

Vocatus unusquisque ad majoratum habet jus separatum ab alio. Sive tot donationes, aut majoratus esse censentur, quot personæ ad earum successione vocantur. Quod exornatur, atque comprobatur nonnullis, satis in usu forensi utilibus.

Et inde infertur, an majoratus successor, sua declaratione, aut alio actu, possit successoribus præjudicium aliquod generare?

An etiam majoratus successor, ad debita prædecessoris teneatur?

Et ad explicationem *l. 21. Tauri, quæ est l. 5. tit. 6. lib. 5. nova collect. Regiæ.*

Successor quoque in beneficio, feudo, majoratu, fideicommissio, & similibus, utrum pro credita in sui necessitatis causam pecunia, teneatur, & cogi possit.

Atque decisio textus in *cap. 1. de solutionibus*, exornatur nonnullis.

Successor in beneficio, an teneatur ad solutiones pensionum decursarum tẽpore antecessoris.

Successor majoratus utrum teneatur ad solutionem annuorum reddituum, sive annuarum pensionum, in vita ultimi majoratus possessoris decursarum, quando annuus census, cum facultate Regia fuit institutus? Dubium singulare, & ab omnibus hujus Regni Interpretibus omissum.

Majoratus successor utrum solvere teneatur impensam factam in funere ultimi possessoris?

An etiam præstare alimenta uxori prædecessoris inopi?

An denique solvere debitum, quod antecessor ad dotandam suam sororem contraxit? ubi Pelacz à Mieres traditio quædam, verè, & concludenter confutatur, p. 429.

CAP. CLXII. Ad ea, quæ in *commentar. lib. 3. c. 12. per totum*, Author metipse annotata,

atque scripta reliquit; & conjecturalia, ac præsumptiva videntur omninò, sive ex conjecturis & voluntate usque adeò dependent, ut hujusce tractatus propria sint; Adduntur nonnulla hoc loco, satis in usu forensi utilia.

Et iterum inquiritur, utrum scilicet, & quando mortis mentio, in quacunque dispositione simpliciter facta, de morte naturali tantum, vel etiam de civili intelligatur? sive mors civilis quando æquiparetur naturali?

Monachi etiam, Moniales, aut Monasteria, ad vitam saltem eorum, an in majoratibus, sive primogeniis Hispaniæ succedere valeant?

Et casus omnes *præcit. cap. 12.* considerati, & distincti ad examen novè reducentur.

Sed major vis cõstituitur in explicatione casus illius,

INDEX CAPITUM

illius, quando majoratum ex bonis patrimonialibus institutus fuit, & ei dignitas, & iurisdic-tio annexa non est, nec etiam de familiae, agnationis, aut memoriae testatoris conser-uatione, siue nominis, aut armorum dela-tione, specialiter actum est; utpotè, cum difficilius sit.

Quorundam etiam juris Interpretum, & ma-ximè P. Thomæ Sanchez longa serie, in ca-dem disceptatione, traditæ resolutiones, quæ *dict. cap. 12*, recenseri non potuerunt, non-dum enim in lucem prodierant, non modò expenduntur sed diligenter etiam discu-tiuntur. p. 447.

CAP. CLXIII. Ex æquitate, humanitate, & be-nignitate, quemadmodum conjectura vo-luntatis fieri debeat, non modò in ultimis voluntatibus, sed etiã in aliis dispositionibus quibuscunque. In dubio etiam, & in ambi-guo, utrum ea interpretatio accipi debeat, quæ æqua, humana, & benigna sit, siue quæ ex bono, & æquo procedat? ubi *l. in his quæ*, *ff. de condit. & demonst.* arguta, & subtilis interpretatio traditur, & Æquitatis articulus exornatur permultis.

Æquitatem præ oculis Judicem habere debere, (quod per manus circumfertur quotidie) ita temperandum, atque intelligendum, dum-modò legem ipse non offendat. Nihil enim periculosius dici potest, quam si Judici liceat, æquitatē pro arbitrio suo fingere, siue equi-tatis obtentu contra manifestam juris ratio-nem, & contra legem rem aliquam definire; prout hic observatur; & Stephan. Gratiani, Hugonis Donelli, Osvaldi, & Anto. Fabri annotationes nonnullæ contra æquitatem cerebrinam commemorantur.

Epiichia denique, an, & quando locum habeat in legibus, siue ea uti Judices valeant. p. 453.

CAP. CLXIV. In majoratum Hispaniæ suc-cessionem, ex præsumpta, & conjecturata insti-tutorum voluntate, utrum is ordo servandus sit, qui legibus Regiis, ipsi Regno Hispano-rum statutus invenitur.

Leges etiam, in majoratibus loquentes, an etiam, in Regni successione procedant.

Et in quo conveniat, & differat Regni, & majo-ratum inferiorum successio.

Mutus & surdus à natura, utrum ad successio-nem majoratus admitti debeat, & de con-jectura voluntatis institutoris in proposito.

Retentio facilius, quàm acquisitio; & difficilius à jure jam quæsito exclusio, quam à jure que-rendo, quod exornatur. p. 459.

CAP. CLXV. Ex connexis (quorum idem est iudicium, una ratio, & propositio, atque eadem determinatio) ex separatis etiam, an, & qualiter conjectura voluntatis deduci, atque interpretatio fieri debeat; non modo in testa-mentis, & ultimis voluntatibus, sed etiam in alia dispositione quacunque.

Capitula connexa, aut separata, quæ dicantur. Confessio qualificata, an possit pro parte divi-di, & pro parte acceptari.

Quid in sententia, & in instrumento, & dictis testium.

Quid etiam in appellatione, & an appellatio ipsa in uno articulo devolvat totam causam.

Libri mercatorum, aliorum etiam privatorum, an probet pro se, pro alio, vel contra tertium

Connexorum idem esse iudicium in ultimis vo-luntatibus, an operetur, ut connexa, atque rei legatæ cohærentia, sub legato, aut sub dis-positione contineantur.

An etiam in majoratibus Hispaniæ, ut rebus principalibus vinculis, siue titulo majora-tus affectis, connexa etiam indivisibilia re-maneant, & ad primogenitum pertineant.

Denique, connexitatis ratione an debeat tracta-ri causa coram eodem iudice.

Quando iudicium agitur contra Clericum, & laicum, tanquam hæredes unius, an cognitio spectet ad forum Ecclesiasticum. p. 461.

CAP. CLXVI. Ab absurdo vitando, argumen-tum, quod sumitur, quam efficax sit, siue qualiter, aut quando procedat, ut ex eo conjectura voluntatis deduci, atque inter-pretatio fieri debeat.

Assumptum etiam metipsum, absurdum scilicet, ut evitetur, quantum possibile sit, fieri debere, idque in omni actu, materia, & dis-positione procedere; exornatum permultis, prout hic videbitur.

Testamentum, an præsumatur ab aliquo condi-tum, cum de ejus successione agitur, an po-tius, quod is intestatus decefferit; & cui onus probandi incumbat.

Testator si hæredem non impletem volunta-tem suam, hæreditate privaverit; sed perso-nam non expresserit, ad quam hæreditas per-veniat; quis tunc succedere debeat?

Quid si alicui certa aliqua bona reliquerit, & in casu contraventionis præcepti injuncti, cum bonis illis privaverit, ad quem tunc bona ipsa pertinere debeant, si id specificè cau-tum non sit?

Tacita conditio, *si sine liberis*, utrum etiam in fratribus, & in consanguineis, & in extraneis quoque subintelligatur in Hispanorum pri-mogeniis, si majoratus institutor specificas quorundam vocationes fecerit, & primi vo-cati, aut ulteriorum filios non vocaverit, nec eos in conditione posuerit: quod singulariter explicatur, & Didaci Covarruv. (insignis equidem, & egregij, atque eruditissimi sem-per viri) placitum constanter defenditur.

Infertur denique ad ea, quæ Joann. Anton. Bel-lonus, *in consil. 65. ex nu. 27. usque ad nu-mer. 57.* satis utiliter scripsit in eo dubio, utrum, inquam, filius gravatus, in legitima, & cui ultra legitimam aliquid relictum fuit, ac-ceptans unum ex duobus alternativis, siue in-

compati-

INDEX CAPITUM.

- compatilibus, censetur alteri renunciare; de quo *aliis cap. hujusce tractatus supra*, ubi is Author non commemoratur. p. 469.
- CAP. CLXVII. Testator, si fratres suos simpliciter hæredes instituerit, siue fratribus suis legatum aliquod reliquerit, an videatur etiam presentire de filiis alterius fratris prædefuncti, & eos quoque ad hæreditatem, vel legatum admitti voluisse; atque ita, an repræsentatio ex testamento induci debeat, necne, in proposita specie inter fratres, fratrumque defunctorum filios? Glossæ etiam sententia, *in l. cum ita. §. in fideicommissis. ff. de legat. 2.* quæ in fideicommissis, & in dispositione hominis repræsentationem admisit, an, & qualiter procedat?
- Denique, *fratrum* appellatione, an veniant tantum fratres existentes in secundo gradu, non verò ulteriores. p. 480.
- CAP. CLXVIII. Ex accessorio, quod videtur inesse principali, & esse ejusdem juris, & sequitur naturam principalis, quemadmodum conjectura voluntatis deduci, atque interpretatio fieri debeat; non modò in testamentis, & ultimis voluntatibus, sed etiam in aliis dispositionibus quibuscunque; Et de explicatione axiomatis prædicti, quod præstat resolutionem, atque explicationem quamplurimorum, quæ assidue in usu forensi occurrere solent.
- Principale etiam, an aliquando accessorij naturam sequi soleat?
- Accessoria quæcunque sunt rerum legatarum, an veniant cum eis, & sub legato contineantur, etiam si sint pretiosiora suo principali.
- Chirographa si alicui legentur, quid legatum contineat?
- Indemnitas promissio ubi non apparet, non cadit consideratio damnorum, quæ cum sint accessoria, non possunt stare sine subjecto.
- Qualitas non potest stare sine subjecto, & omnis dispositio præsupponit suam substantiam.
- Transactio resoluta; in solum quoque dationem, & cetera ab ea dependentia resolvi.
- Resoluto contractu principali, resolvuntur accessoria.
- Accessoria habere tacitam conditionem, si principale valet; & pactum super principali extenditur ad accessorium.
- Conditio, quæ est in principali dispositione, inest quoque in accessoria, & influit in pacta accessoria, & ea omnia qualificat, & afficit eodem onere.
- Debitoris principalis obligatio, quando est nulla, an fidejussoris quoque obligatio, quæ est accessoria, non teneat, & quando eidem nullitati subiaceat, vel non.
- Extensio an concedatur ad accessoria. Et dispositio continens aliquid principale, censetur etiam concedere id, quod accessorie venit ad illud principale.
- Et delegata causa principali, delegata etiam censentur omnia accessoria. p. 484.
- CAP. CLXVIII. §. UNIC. Ex eadem *cap. præcedent.* materia, & assumptis, siue traditionibus communibus Doctorum, quæ ab accessorio, & principali desumuntur; ex eo etiam; quod lex actui resistat, siue illum prohibeat, ex aliis denique *ibidem* exornatis; ex quibus infertur ad titulum, *C. ne fidejussores dotium dentur.* an scilicet, & quando titulus ipse procedat, & qua ratione constitutio ea fuerit introducta; an etiam æqualiter locum obtineat, tam pro dote conservanda, quam pro dote restituenda; Sive inter hæc duo num aliqua differentie ratio reddi possit?
- Quid etiam, si maritus sponte offerat fidejussorem dotis, atque ita, an etiam in voluntaria fidejussione, prohibitio illa verificetur?
- Rursus, quid, si aliquis non ut fidejussor, sed ut correus obligetur; atque ita utrum quoad duos etiam reos debendi, prohibitio eadem servanda sit, nec ne; ubi explicatur textus *in l. fin. C. de dote cauta non numerata.*
- Quid, si extraneus fateatur se dotem recepisse unà cum marito?
- Quid, si pater pro filio fidejusserit?
- Præterea, quid in fratre mariti, si tanquam fidejussor, aut correus pro dote restituenda intercesserit?
- Quid etiam, si minor fuerit, & se enormissime læsum, aut metum reverentialem passum fuisse contenderit?
- Aut exceptione cedendarum actionum, quamcunque actionem propositam excludere velit; ubi horum omnium diligens, accurata, & memorabilis traditur resolutio, & explanatio. p. 490.
- CAP. CLXIX. Ex ratione expressa, vel subintellec-ta & quæ testatorem, siue disponentem principaliter movit, quemadmodum in testamentis, & ultimis voluntatibus conjectura voluntatis deduci, atque interpretatio fieri debeat.
- Rationis etiam expressæ, qualis, & quanta sit virtus, vis, & effectus, ut dispositio debeat regulari restrictivè.
- Ibidem* denique, Regulæ illæ, siue Interpretum Axiomata vulgata, & communia, quòd dispositio quantumcunque generalis, per rationem restringitur; & specialis per rationem generalem ampliatur, dilucidè explanantur; & horum omnium singularis, & distincta resolutio, atque explanatio traditur. p. 505.
- CAP. CLXX. A ratione dispositionis, quæ una sola excogitari, aut reddi potest, quemadmodum conjectura voluntatis deduci, atque interpretatio fieri debeat.
- Et quam verum sit, quod ratio subintellec-ta, & non expressa, pro expressa habeatur, quando una sola assignari potest, omnesque illos effectus operetur, quos ratio expressa

INDEX CAPITUM.

- in quacunq; dispositione operari solet.
- Extensio denique, an, & quando concedatur in dispositione, in qua non nisi unica ratio reddi potest. p. 511.
- CAP. CLXXI. Ex identitate, vel paritate, aut etiam majoritate rationis, quemadmodum conjectura voluntatis deduci, atque interpretatio fieri debeat, non modò in testamentis, & ultimis voluntatibus, sed etiam in aliis dispositionibus quibuscunq; & quàm verum sit, quod ratio eadem ubi adest, ibi non modo eadem casuum, & juris dispositio esse debeat; sed etiam, quod non dicatur procedi per extensionem, sed per comprehensionem; sive quod dicatur potius, interpretatio intellectiva, quàm extensiva.
- Denique, de extensiva interpretatione in materia, & dispositione correctoria; & in materia correctoria & pœnali simul; aut pœnali tantùm; ac etiam in materia limitatoria, & exorbitanti; brevis, & distincta resolutio, atque explanatio. p. 513.
- CAP. CLXXII. De ratione expressa, vel subintellecta in dispositione quacunq;, & maxime testamentaria; & de vi, virtute, & effectu ipsius; quæ scripta, atque resoluta fuere *cap. precedentibus*, intelligenda fore de ratione finali, nò autem de impulsiva, prout hic observatur: & rationis, aut causæ finalis, vel impulsivæ tractatus exornatur nonnullis. Et quæ sit finalis, quæ etiã impulsiva causa, aut ratio explicatur. Rursus, Ratione dispositionis cessante, dispositionem quoque ipsam cessare; pronunciatum illud Scribentium omnium vulgatissimum, permultis illustratur, atque comprobatur; & ita pariter, in ratione, aut causâ finali cessante, procedere; non autem in impulsiva, observatur. p. 517.
- CAP. CLXXIII. Ratio, vel causa in hominis, aut in legis dispositione, finalis nè, an impulsiva sit, cum non apparet, utrùm finalis, an impulsiva æstimari, atque dijudicari debeat in dubio, tam in ultimarum voluntatum tractatu, quàm in alia dispositione quacunq; quibusve regulis, aut doctrinis duci, atque gubernari debeamus, cum hac de re ambigitur? egregia equidem, & notanda explanatio, & resolutio, qua dilucidè, & distinctè magis, quam alij Recentiores fecissent, observantur atque adnotantur nonnulla, quæ multis negotiis practicis, & in usu forensi assiduè occurrentibus, erunt multum conducibilia. p. 523.
- CAP. CLXXIV. Rationum plurium dispositionis una cessante, utrùm dispositio cessare debeat nècne; sive an sufficiat aliquam remanere, & in casu, de quo quæritur, vigere?
- Ab una etiam rationum pluriù, quæ remaneat, quemadmodum cõjectura voluntatis deduci, atque interpretatio fieri debeat; brevis, & distincta resolutio; atque explanatio. p. 528.
- CAP. CLXXV. Pater si vinculum perpetuum, aut meliorationem Tertij, aut Tertij & Quinti bonorum fecerit; utrùm in defectum filiorum filij legitimi, quem primo loco vocavit, aut melioravit, possit ejusdem filij filios naturales vocare, si filios alios, aut descendentes legitimos habuerit; & de intellectu *l. 27. Tauri*, in versic. *Con tanto*, brevis, & distincta, notanda etiam resolutio, atque explanatio. Ubi etiam, quid, si majoratus, ex Regia facultate fuerit institutus? & de observatione quadam Velazq. Avendañi *ad dict. leg. 27. Tauri*, quæ confutatur satis subtiliter. p. 530.
- CAP. CLXXVI. De contractibus ad ultimas voluntates, & é converso, argumentum, tam affirmativè, quàm negativè; an, & qualiter procedat, & ab Interpretibus nostris admissum, receptumque sit, ut juridica interpretatio quoad nostrum tractatum possit deduci.
- Contractus, & ultimas voluntates differre in multis, prout hic observatur.
- Majoratus possessor, utrùm teneatur de re ipsius majoratus restituenda satisfacere. Et quid in majoratibus Hispaniæ, ex communi usu, & observantia.
- Legatarius in casum aliquem incertum gravatus restituere legatum sibi relictum; utrùm teneatur cavere de restituendo legato, si casus, aut conditio evenerit.
- Infertur denique ad dubium illud, quod Alexand. Ludovisius, *decis. 428*, in terminis excitavit: utrùm, inquam, primogenitus obligatus dotare fœminas de familia, possit cogi ad assecurationem dotium.
- Quod nova Authoris cõsideratione illustratur, & majoratibus Hispaniæ applicatur. p. 534.
- CAP. CLXXVII. Majoratus duo, an sicuti ex causa matrimonij, in unum jungi non possunt, ex nova constitutione *l. 7. tit. 7. lib. 5. nova collect. Reg.* ita nec ex causa successionis jungi valeant
- Et consequenter, utrùm lex ipsa loquatur, & disponat, sive procedat tantum, quando duo majoratus junguntur per viam matrimonij, ita ut uterque ex contrahentibus, majoratum possideat tempore nuptiarum, vel sit immediatus successor cum spe certa, invariabili, & incommutabili successionis.
- An etiam procedat, & disponat, vel non, quando post nuptias contractas, constante matrimonio, vel post, unus ex conjugibus in majoratu successerit.
- Ubi ante alia in memoriam revocantur, atque repetuntur ea, quæ *in comment. lib. 3. cap. 28. ex nu. 19. cum seq.* Author metipse scripta, atque adnotata reliquit in proposito.
- Nunc autem, disceptationis ejusdem explanatio, ex professo magis, quàm tunc factum fuisset, suscipitur; & ingenti studio & diligentia,

I N D E X C A P I T U M.

- gentia, memorabiliter etiam res hæc peragitur, prout hic videbitur. p. 538.
- CAP. CLXXVIII. Lex Regia 7. tit. 7. lib. 5. nov. collect. Reg. dum disponit, quod filius major succedat solum in uno ex duobus majoratibus, quem elegerit, & filius secundogenitus in altero; utrum intelligenda sit, non extantibus filiis, aut descendentes filij majoris, tempore illo, quo successio defertur, in quibus eorum majoratum divisio fiat, ut tunc scilicet secundogenitus admittatur: an verò procedat, etiam si filij ipsius majoris filij, aut descendentes existant, ita quod in omnem eventum, & casum, filij secundogeniti vocatio, & prælatio præcisâ sit?
- Quid, si in hominis dispositione, & eisdem terminis figuratis, versetur; filium scilicet majorem, aut eum, qui in uno majoratu successurus est, ab alterius majoratus successione excludi, (quia concursus duorum, vel plurium majoratum simul vitari intendatur) & secundogenitum, vel etiam sequentem in gradu vocari; an tunc secundogeniti vocatio præcisâ quoque sit, nec filij, aut descendentes exclusi, in concursu ejusdem, jus aliquod prætereendere valeant?
- Egregia equidem, & memorabilis resolutio, atque explanatio, qua in materia sterili, & ab aliis Interpretibus prætermittitur, nonnulla satis utiliter observantur, & generalis quædam distinctio proponitur, quæ velut basis, ac fundamentum hujusce disceptationis, præ oculis habenda, & servanda erit.
- Denique *Clementin. Gratia, de rescript.* constitutio, nonnullis exornatur.
- Et sequens in gradu quis dicatur, sive an respectu ejus, qui à successione majoratus exclusus fuit, sequens in gradu, aut proximior considerari valeat; notabiliter explicatur. p. 555
- CAP. CLXXIX. Eligendi facultas filio majori, seu primogenito, ex nova constitutione l. 7. tit. 7. lib. 5. nov. collection. Reg. concessa; utrum in hominis dispositione, prout in illa legis, locum habere debeat, necne, quando in uno majoratu successurus, ab alterius successione excluditur expressè, nec in dispositione electio ipsa data fuerit (quæ adeò facile exprimi poterat) exclusus autem eligere, atque succedere contenderet, & alterum majoratum, quem possidet, dimittere, ut cum eo incompatibilem consequatur. Dubium admodum necessarium, & usui forensi Pragmaticisque frequens & utile: sed ab Interpretibus omnibus, qui de Hispanorum primogeniis tractatum susceperunt, & ad leges Regias commentaria ediderunt, omnino prætermittitur; nunc autem adeò egregiè, & memorabiliter explicatum; prout hic ostenditur. p. 568.
- CAP. CLXXX. De majoratum incompatibilitate, sive an, & quando majoratus duo, vel plures uniri, aut in uno solo possessore concurrere possint, vel non; tractatum, & disputationem omnino necessariam, & admodum utilem, & in usu forensi assiduam esse, prout *tribus capitibus præcedentibus* apparet; & hic ostenditur; & *capit. sequent.*
- Majoratum incompatibilitatem, sive in uno successore duorum, aut plurium concursum simul, impediri dupliciter contingere posse: Vel ob expressam institutorum voluntatem, specificamque unionis, aut concursus prohibitionem; Vel etiam ob tacitam, & conjecturam.
- Ex legis etiam dispositione incompatibilitatem induci, prout *suprà cap. 177.*
- Ex nominis; & armorum delationis præcepto, seu gravamine, qualiter incompatibilitas oriatur, sive cõcursum duorum majoratum impediatur; & de præcepto ipso latius *suprà cap. 136.*
- Conditio, & modus in quo differant, & in quo convenient.
- Modalis, an conditionalis sit dispositio, nihil interesse quoad effectum, ne majoratus duo, aut plures uniantur, sive in uno solo jungantur, quando institutor concursum prohibuit, semper enim voluntas servanda est.
- Quoad alium tamen effectum esse magnam, & notabilem differentiam; nam si modalis est dispositio, nõ impeditur successio, ac acquisitio, & potest quis principium lineæ constituere, & successoribus suis jus admodum considerabile causare, & acquirere.
- Quod non potest, si conditionalis sit dispositio; quoniam conditione pendente non defertur successio.
- Conditionis effectus notabiles commemorantur. p. 572.
- CAP. CLXXXI. Majoratum incompatibilitas, & duorum, vel plurium in una sola persona, aut in uno, & eodem successore concursus; utrum generaliter procedat, respectu omnium graduum, linearum, & personarum, si ad certos gradus, vel personas fuisse restrictam contendatur, si eadem in omnibus æqualiter urgere videatur ratio, & mens institutoris majoratus præsumpta.
- Quid si primogeniti, vel alterius, qui in proximiori gradu existit, exclusio; secundogeniti, aut alterius in remotiori gradu existentis vocatio, & admissio ad personas certas, seu gradus restricta, sive non in omnibus generaliter expressa fuerit.
- Extensio de casu ad casum, & de persona ad personam, utrum admittatur ex verisimili testatoris voluntate, & ob rationem in dispositione expressam, non obstantibus dictionibus, aut verbis limitatis, & restrictis; quod exornatur.
- Ibidem etiam dictionum quarundam virtus, vis, & effectus proponitur.

INDEX CAPITUM.

- Et repetitionem tacitam inducendi, aut excludendi, quæ sint causæ, dictiones & conjecturæ.
- Sive ex quibus, conditionum, aut gravaminum repetitio induci, aut cessare debeat; ex quibus etiam relatio ad omnia admittatur, vel non.
- Testatoris voluntas, an ex verbis concipi debeat præcisè, sive illis standum, etiam si mens testatoris repugnet, cum sæpè Notarij verba, quæ non intelligunt, ex incuria apponere soleant.
- D. Garcia Mastrilli *decis.* 266. in ipso dubio principali *hujusce capituli* annotationes, atque resolutiones nonnullæ, in medium proferuntur.
- Caducato medio gradu, an, & quando caducentur sequentes.
- Quid si ultra caducitatem medij gradus, deficiat etiam conditio adjecta de medio gradu caduco ad ulteriorem substitutum.
- An denique, & quando, substitutione prima deficiente, deficiant quoque, vel remaneant sequentes. p. 580.
- CAP. CLXXXII. Ultimatum voluntatum declaratio, atque interpretatio, an, & qualiter à testatore ipso, sive dispositionis auctore fieri valeat; & de vi, virtute, & effectu declarationis ab eo, qui disposuit, facta.
- Declarare an ejus sit, cujus est disponere.
- Declaratio statutorum, & privilegiorum Principis, ad ipsum Principem, & non ad alios spectat.
- Notarius utrùm possit declarare, ac interpretari verba ambigua testamenti, & scripturæ à se confectæ.
- Et quanta sit in hoc ejusdem autoritas, & fides.
- Declaratio voluntatis suæ, an possit per testatorem validè alteri committi.
- Et de nonnullis ad materiam *l. Theopompus, ff. de dote prælegata.*
- Quid si iste, non, vel malè, aut ineptè declaraverit.
- Et an cum juramento declarare debeat.
- Et an ejus arbitrium reducatur ad arbitrium boni viri.
- Declarationis natura est, quod retrotrahatur ad tempus, sive initium actus gesti, & declarati.
- Declaratio, aut electio, utrùm variari, & mutari possit, quando est facta ante tempus.
- Declaratio voluntatis testatoris cum fit; utrùm pars, quæ interesse prætendit, citari debeat.
- Declaratio vera, & propria, quæ dicatur.
- Declarans apertius id, quod jam est, rem novam non facit.
- Declarans, nihil de novo dat, vel facit, nec inducit, sed ostendit duntaxat, quid actum fuerit à principio, sive qualis voluntas fuerit in dispositione. Quod exornatur.
- Nec potest declarando rem non dubiam, alteri præjudicare.
- Declarare nunquam censetur prohibitus, qui emendare, aut corrigere non potest.
- Iudex an possit sententiam suam diffinitivam declarare.
- Iudicum declarationi circa id, quod senserint, vel non, in sententia, an, & quando stetur?
- Declaratio triplex est, & quæ unaquæque sit explicatur.
- Repetitionis, extensionis, seu declarationis, notabilem differentiam esse; quod Ludovic. Casanate singulariter annotavit, quàm verum sit.
- Statutum, quo disponitur, alterius juramento standum esse; pactum etiam contrahentium, utrùm validum sit, necne; & *ibidem* Bart. doctrina *in l. fin. num. 3. ff. de Prator. stipulat.* exornatur, atque declaratur. p. 595.
- CAP. CLXXXIII. Dubiam, seu ambiguam testatoris voluntatem, an, & qualiter valeat hæres de jure declarare; singulariter & dilucidè explanatum. Declarandi jus, an in hæredem transeat regulariter, vel non; & quid servandum sit in omni actu, materia, & dispositione.
- Eligendi facultas alicui concessa, utrùm in hæredes ejus transeat; an etiam cedi possit, & quando; & de nonnullis Interpretum observationibus, in usu forensi satis utilibus.
- Denique, jurandi facultas super damnis, & interesse, an, & qualiter ad hæredes transeat, vel non. pag. 606.
- CAP. CLXXXIV. Executor testamentarius, an, & qualiter possit dubiam, vel ambiguam testatoris voluntatem declarare, atque interpretari, & ejusdem declarationi ad quem modum stetur.
- Commissarius ad faciendum testamentum, utrùm possit jam à se factum testamentum declarare, si nihil de novo inducat, sed in terminis meræ, & propriæ declarationis persistat; brevis, & distincta resolutio, atque explanatio. p. 610.
- CAP. CLXXXV. Iudex, an, & qualiter possit dubiam, vel ambiguam testatoris voluntatem declarare, atque interpretari; & in ejusdem interpretatione quæ debeat servare, & præ oculis potissimum habere. p. 611.
- CAP. CLXXXVI. Dubiam, seu obscuram testatoris dispositionem, an, & quomodo valeat Princeps declarare, atque interpretari, & etiam corrigere & alterare.
- An etiam declarare possit concessionem dubiam à se factam: Item & facultatem Regiam, quam ad instituendum majoratum concessit; & de iis, quæ Pelacz à Mieres in ipso proposito annotavit. p. 612.